ONÆ PHILOLOGI

DIALOGI

ALIQUOT

Lepidi ac festivi, in

UDIOSÆ JUVENTUTIS

formationem nunc denuo recogniti.

QUIBUS ACCESSIT

Adulationis & Paupertatis

Dialogus Pucherrimus, quo juventus monetur; ne vel ulla necessitudine devicta à bonis literis animum inflectat.

Excussit & recensuit [illegible] P. E.

EDINBURGI,

Ex Officina Typographica Georgii *Mosman*. Anno Dom. M DC. XCII.

SEQUENTIUM

DIALOGORUM ARGUMENT





DIALOGUS
PRIMUS,
De NATALITIIS.

PERSONAE,
HELIUS, CASSIANUS.



Elix tibi ſit anni hujus ingreſſus. *Ca*. Et tibi annus totus auſpicatus. *He*. Largiatur Deus tibi annum fauſtum & felicem. *C*. Tibi viciſſim omne ævum beatum. *H*. Sit tibi auſpicatum anni exordium. *C*. Recurrat tibi felix uſque ac optatum. *H*. Precor tibi in anno hoc novo ſecunda ac ſalutaria omnia. *C*. Et tibi perpetuam opto felicitatem. *H*. Num mihi ſtrenulam adfers Caſſiane? *C*. Adfero, ſed viliorem, quàm tuæ erga me benevolentiæ ſatisfaciat. *H*. Aequi bonique conſuletur quantulumcunque ſit quod offers. Gratiſſimum eſt, quicquid bono animo detuleris. *C*. Hem tibi xeniolum, mnemoſynon amoris in te mei, ut quemad-

ab amico illud dignaris, sic te *Christus* post annos felices in novum illud & beatissimum suum ævum recipiat *H.* Amicum & Pium hoc munus. En vicissim reddo non quidem par accepto, sed benevolentiæ specimen aliquod, ne ingratitudinis apud te coarguar. *C.* Hoc non est beneficium dare, sed accipere. *H.* Quibus auspiciis inistis anni principium? *C.* Noctem hanc magna ex parte epulis, libaminibus, lætitia, ceu animorum impotes, totam traduximus. *H.* Saturnalia audio, celebrastis. *C.* Dici non potest quanta nos hilaritate expleverimus. *H.* Offenditne turba Patris senectam? *C.* Submisit se Pater ad nostram omnium ætatem, ita benevolum se ac obsequentem nobis exhibens, ut nostra etiam studia non dedignaretur: nec mihi lepidus & festivus magis visus est unquam. *H.* Quid autem fecit? *C.* Principio accumbentem familiam ad benevolentiam & concordiam hortabatur, ut si quam veteris invidiæ contraxissemus labem, eam novo hoc anno in gratiam commutaremus. Facta dein consecratione, laudes *Christo* reddebantur concessæ nobis vitæ: & ut annum insequentem citra gravem animæ ruinam inire illius nobis benignitas donaret. Novissime libum elargitus, pinsendi potestatem singulis dedit: interminatus, ne fraude vel techna alienum subtraheret, qui furis calumniam perpetuam devitare velit. *H.* Mater interea nihilo fuit jucundior solito? *C.* Submorosior illa, annis morbisque confecta, jussit antiquæ voluptati renuntiare, & pura mente purum tempus amplecti.

Puer,

Puer, inquit, in cunis vagiens Salvator noster hodie prædicatur, remissurus offensam criminis, quicunque peccati odium habet. Illum adorabitis, qui nunc mitissimus est. Ac statim uterque parens in cubiculum se contulit. *H.* Hæc scio tibi non arridebant. *C.* Mihi animus in libis erat. *H.* Probène munus tuum administrasti? *C.* Nox mihi hora una visa est, adeo eram pinsendi, coquendi, ac edendi studio planè stupidus. *H.* Dic mihi, non tu ibi ad ingenium rediisti, ut aliorum strenulas furtim subriperes? *C.* Cohibui aliquandiu Genium malum, sed non potui quin dolos machinarer servo nostro. *H.* Loripedi illi & cæsio? *C.* Ipsissimo. *H.* Quibus rogo dolis imposuisti versipelli vulpi? *C.* Vulpinatus contra vulpem: atque ut plerunque fit, fallacia alia, aliam trusit: quemadmodum & astutissima sæpe consilia fallunt. Præsensi illius dolos, sic ut suis eum retibus interceperim. Subtraxi loco vix credito reconditas strenulas octo, corrosi præterea duas: harum micas, ut solent mures, passim substravi, ne possit furti mihi suspicionem accommodare: ac statim me illinc deduxi. *H.* Dignum mediusfidius illo dispendium. *C.* Liberale est facinus, ludere insidias obtendentem. *H.* Annos tu atque dies, non animum mutabis. Sed dum fabulamur, hora abiit. Domum ergo concedo, paraturus cœnam parentibus. Tu interim benè vale. *C.* A prandio te revisam. *H.* Domi, si quid me velis, tibi præstolabor.

DIALOGUS SECUNDUS, De celebrandis Dionysiis.

PERSONÆ,

ANTIPHO, PHILOPONUS.

QUid rerum fit? Quam rem agis *Philopone*? *Ph*. Aliquid ago, ne nihil agam. Nihil dignum facio. *An*. Studes perpetuo. Nimio te studio maceras. *Ph*. Quin otio me sagino. *An*. Quur ergo libris toto die adsides? Quid in literas totis viribus incumbis? *P*. Quo sim otiosus magis. *A*. Num simul otiosus esse, & literarum studia tractare potes? *P*. A vitiis otiosus ita sum maxime, si melioribus studiis incumbam; nec aliquod mihi tempus vacandi malis artibus indulgeam, quæ animo honesti cultus vacuo obrepere solent. *A*. Istud nunquam non facis. *P*. Quo crebrius ago, hoc impensius delector. *A*. Sed nihil oblectare potest, quod perpetuum est; & mediis ipsis studiis aiunt ludos intermiscendos, ut diu studere juvet. *P*. Non sum aversus à ludo, siquando usus poscit, sed priores partes apud me agunt bonæ literæ, quæ illa suppeditant, quibus animus ex negotiorum strepitu reficiatur: voluptatem præbent: quicquid præterea molestiæ in animum influxerit, ejiciunt *A*. Equidem illas amo, sed ut nunc anni tempus est, ludo posteriores habeo. *P*. Nullum non anni tempus literis amplectendis opportunum. *A*. Non sum adeo demens aut stipes, ut hoc ignorem. At vide, rogo, ut omnia

in

in hoc mundo arrident: cælũ clarum, Phœbus lucidus, prata vernantia. Hæc vel Catonem ipsum (si in vivis foret) ab hoc altissimo sapientiæ studio ad ludos avocare queant, *P*. Si sumas tempus hoc commodissimum in excolendo doctrinâ animo, plus agas quam ut bonas horas illiberali voluptate decoquas, aut ludo: quod tunc fieri debet, quando rebus potioribus studere non possumus. *A*, Tu forsitan nescis Bacchanalia festa adesse. *P*, Quid nesciam? *A*. Nemo hos dies non multo gaudio, comessationibus, & tripudiis excipit. *P*, Pulchra mehercule voluptas, histrionum agere personam, lavas cujuslibet imaginis induere: & quasi malis furiis exagiteris suprà infràque cursitare: tum eam exercere fœditatem hominem Christianum, cujus vel Judæum vehementer puderet. *A*. Quem hic Stoicum habeo? Apagesis cum tua severitate Areopagita. Orgio ego celebrabo, atque tempori subserviam.

DIALOGUS TERTIUS,
De Ratione studii, & Præceptoris Officio.

PERSONÆ,
ADOLPHUS, CLEANDER.

QUis hic est hospes, quem video in ultima planitie? Profecto nisi me fallat animus, aut nihil prospiciant oculi, Cleandrum nostrum cerno, toto iam triennio visum nemini. Adeon an opperiar dum magis cognosco? *Cl*. Quid me aspic-

aſpectas Adolphe? *Ad.* Gratulamur tibi optatum ac felicem adventum. *Cl.* Et tibi incolumitatem proſperam precamur. *A.* Vix te agnoveram, adeò mihi videris veterem faciem demutaſſe. Unde nobis advenis, aut ubi terrarum latitaſti tandiu? *C.* Daventriæ. *A.* Quid illic rei actum? *C.* Literarum feci ſtipendia. *A.* Quo autem animo hinc profectus, conſilium hoc retuliſti nemini? Nam omnes nos, quibus jam inde à puero mutua familiaritate devinctus fuiſti, tui ſolicitudine affecti tenebamur, & mortem oppetiiſſe te triſtis fama edita fuerat. *C.* Rem omnem á principio dicam. Sed virentibus his graminibus interim procumbamus, quò liberius ex itineris contentione reſpirem. *A.* Pulchre mones, & iſtud te flagitaturus eram. Iam accingere. *C.* Ut primum ex pueris exceſſiſſem, atque altiore iam ſolicitudine res mortalium mecum commentarer, cœpi rationem inire, cui potiſſimum me ſtudio dicarem. Rus ſiquidem colere, aut vilioris mancipii ſortem obire planè dedignabar, & parentum inopia parvam mihi ad literarum ſtudia commoditatem fore cernebam. Placuit tamen extra alia omnia, literis bonis memet dedere: quæ immortalem illum animum virtutis ſtimulis concitant, laudemque pariunt ingenuam, citra quam hæc vita nihil habet expetendum amplius *A.* Probe tu mihi vitam inſtituiſſe videris. *C.* Sic fuit conſilium. Ne tamen imbecilla adhuc ætas, & quæ primum adoleſcentiæ iter eſſet ingreſſa, de recto quaſi curſu devians, in malas artes impingeret,

pingeret, ductorem mihi selegi, cujus vestigiis insisterem. *A*. Istud sanè rectum. Nam potior ea est ratio, recta statim via ad virtutem progredi, quā ab erroris lapsu postea revocari. *C*. Audieram adeo plurimum referre, à quo primum recte quis instituatur. Nec unquam felicius, atque rudibus statim annis virtutis fundamenta jaci: quod hæc ætas cujuslibet rei capax, per omnem deinde ætatem resipiat, quo semel est imbuta. *A*. Ita prædicant. *C*. Circumspiciebam itaque pueritiæ formatorem, quem intemerata eruditio, ac vitæ morumque innocentia mihi commendarent. *A*. Quid tantus tibi Præceptor quærendus fuit, aut Philosophus, qui prima vixdum literarum vestibula attigeris, ut vel nostra hac schola contentus esse potuisses? *C*. Eho dic sodes; quando discipulorum ingenia ad præceptoris animum ita non raro finguntur, ut illius etiam mores sibi induant, nònne optimo cuique simillimus esse malis? *A*. Nemo tam est stupidus, aut sensuum inops, qui non id vehementer affectet. *C*. An non *Alexander* Rex literarum rudia elementa ab Aristotele summo Philosopho doctus perhibetur? Et Achilles Phœnicem, virum & eloquentia & moribus præstantissimum, præceptorem habuit? Quemadmodum Dionysius Platoni, Alcibiades Socrati, Senecæ Nero primas studii vitæque rationes debere, historica fide memoratur. *Ad*. Næ tu probo usus es præceptore, quum isthæc per ætatem intelligas. *Cl*. Quàm sim rectè institutus nescio. Hoc certè audacter mihi assumo, pessime

in

in ſe conſulere, qui ætatem gravioribus ſtudiis debitam, in trivialibus ludis ſubſidere, & velut ad annos Neſtoreos conſeneſcere ſuſtinent: nec unquam niſi ſero, ad altiora nituntur. Et plerunque ita fit, ut parvæ ſcholæ, parvus item magiſtellus, ac vix ultra primas literas progreſſus temerè præficiatur. *A.* Hac ipſa re non male cum noſtro Gymnaſiarcha mihi convenit, niſi quod vapulandi liberalitate effuſior videatur. *C.* Tibi forſan commeritas rependit pœnas. Tamen me territabat quorundam ſæviendi libido nimia in ætatem teneram atque errori facilè opportunam: qui dum monent, aut corrigunt errata, eò nonnunquam provehuntur furoris homines impotentiſſimi, ut in hoc ſanctiſſimo negotio, quod pudore & benevolentia retineri debet, fulmina quaſi deturbent, ac fœdiſſima convitia ne ſcortis quidem permittenda, ſpirent. Perdunt impie, dum emendant. Hoc ubi fit, labor & ingenium extinguitur, ac friget amor mutuus: qui tantum hic habet frugis, quantum ipſæ literæ admirationis. Reformidant eum infelices adoleſcentes, cujus manſuetudine illecti, literarum cupidinibus inflammari, atque ad omnem modeſtiam componi debebant. *A.* Nunquam, ita me Dii ament, ſecus putavi, quandocunque parvæ temeritatis pœnas dedi graviſſimas. *Cl.* Credo iſtuc tibi videri, & falli judicio poſſis, u[t] ſolent qui inſtituti recti inſolentes, vitia ſu[a] nec agnoſcunt, nec eorum patiuntur remedia. *A.* Mea ſic eſt ſententia. Sed dic rogo, nactus e[s]

qualem

qualem voluiſti præceptorem? *C.* Eſt Diis gratia: quum ejuſmodi mihi obtigit, cujus ſanctitate me ſenſi meliorem fieri: nam in literis quantum promoverim, rationem nondum capio. *A.* Recepit te ergo in ſuorum gregem? *C.* Recepit: ſed Phyſiognomus Pythagoram imitatus, conjectura quadam naturam & mores ſcitabatur prius. *Ad.* At difficile eſt, reconditos hominis receſſus perluſtrare: profundas habet latebras. *Cl.* Quur ita. *Ad.* Non ſatis te pernovit credo, qualis etiam fueris. *Cl.* Ut probè tu aliorum mores ex tuo ingenio deſcribis, ludibrium hominis. *A.* Concedes mihi ſi dixerim, prima te fronte non omnia repræſentare. *C.* Si qua labes inſederat, eam melioribus poſtea diſciplinis ſedulò abſterſi, & ſubſidio fuit gubernator optimus. *A.* Quibus autem modis te inſtituit? ſiquidem virum probum eſſe audio. *C.* Quid ejus tibi vitam prædicem, aut laudem induſtriam, quum talem ſe geſſerit, uti nemo non magnifica & bona omnia de illo dicere poſſit: nullùſque fuerit, qui non optaret ſuos liberos ad præceptoris animum efformari: adeò morum probitate, eruditione, vitæ porró innocentia cunctis venerabilis. Et cum erga diſcipulos candidiſſimè eſſet affectus, tum in pauperes ſic benignum & obſequentem animum transfudit, ut hoc beneficio multo plures ad literas capeſſendas alliceret, qui iam antè rerum tenuitate ab omni ingenii cultu remoti jacebant. *A.* Utinam hoc ſeculo ludimagiſtri ejuſmodi ſint omnes, majorem certè

doct-

doctorum hominum proventum efferri cerneres. C. Vidi, qui pauperiem causantes in patriam remigrandi missionem ab illo peterent, pecuniola statim adjutos, ne vel ulla necessitudine á literis animos inflecterent. Quemadmodum igitur studiosis oppidó quam lubens, opitulabatur, ita in desides & jacentes accerrimum se vindicem ostentabat. *Ad.* Non vos ibi mutuam exhibuistis benevolentiam? *Cl.* Alii quid factitarint, compertum non habeo. Quæ meæ fuerunt partes, arripui omnis officii occasionem, qua illi me gratum fore sperarem. Et quamvis paria præstandi mihi deesset facultas, tamen quum is ad informandum tam fuerit propensus, me ad referendam gratiam esse tardiorem, indignissimum duxi, ne ingratissimus planè, & divino humanóque odio dignus haberer. *A.* Rectè putas. Diis siquidem, parentibus, & vitæ cultori, nemo se facturum satis putabit. *C.* Illum ego vel parentibus hoc nomine præpositum habui, quod his vitam & corpus cum brutis mihi commune acceptum fero: illi eruditum animum, quo sum divinæ menti similior. *A.* Accedo tuæ sententiæ, tantum abest, ut hic gratitudinem tuam desiderem, si præstiteris ea, quæ dicis. *C.* Nisus equidem pro viribus: atque inprimis omni studio emerebar, ut esset mihi familiaris: deinde persuadere conabar, nullum ejus in me officium frustrà collatum. A. Qua ratione id potuisti? C. Qua ratione potuerim? quasi defuerit, quum tam multæ mihi res incumberent, quibus volupta-

luptatem illi, laudem ac ornamentum mihi pa-
rerem ſempiternum. Virtutem nempe, magiſtri
exemplo, publicè, privatímque exercere cona-
bar. Lectiones mihi traditas & ſæpe & ſtu-
dioſè mecum revolvi. Quod inde mihi vel fru-
ctus, vel laudis ſuboriretur, totum id ad *Chriſti*
gloriam, atque præceptoris referebam ſedulita-
tem. *A*. Dici non poteſt, quantum hoc tuum
conſilium probem, ſed de lectionibus, ſi quid
poſſis, ediſſere. *C*. Nec omnia, nec nihil dicam,
ne non videar morem geſſiſſe amico. Mané ho-
ra ſexta præter utriuſque linguæ Grammaticen,
Dialectices compendium prælegebatur. Sub ho-
ram decimam, verborum ac rerum copia D. E-
raſmi Rot: viri de bonis literis egregie meriti,
& qui omnem ætatem in ſtudioſæ juventutis
profectu conſumſit. Pomeridianas aliquot ho-
ras in Ciceronis officiis & Terentii Comædiis
tranſmiſimus: quas nobis interpres religioſa ſu-
perſtitione enarrabat, & ad digitos perdiſcendas
commendabat officioſiſſimè. Non neceſſe ha-
beo dicere quam fideliter omnia diſcuſſerit: na-
turam hominum, rerum eventus, varia conſilia,
authoris mentem: ſi quis item tropus, aut apo-
phthegma inſigne lateret, quod moribus co-
lendis & orationis facultati juxtà conduceret, eo-
rum nihil omnium alba, ut aiunt, linea præteri-
bat. Feſti dies, ſacris dabantur ſtudiis. *Ad*. O te
felicem! cui talis obvenit pædagogus. *Cl*. Epi-
ſtolarum carminiſque exercitium alternatim
erat. Singulis tamen diebus quæ didiciſſemus,
chartulis

chartulis inſcripta velut operæ penſum reddebamus: ſic perſuaſi, parvi nos laboris quæſtum facere uberrimum. Nec eſſe cauſam aliam, quare plerique ex tantis laboribus, ſtudiòque frequenti, & cui per omnem ætatem inhiarunt, vix unquam ad ingenii frugem perveniant, quàm quod hanc ſtudiorum partem longe maximam negligunt: nec ingenii periculum faciunt unquam. *A.* Quod tempus jucunditati relictum eſt? *C,* Semel aut iterum in hebdomada à ſtudiis animos relaxabamus: ibi ad quod quiſque ludendi genus proclivior eſſet, in hoc ſe exercebat. Ne alio deflecteremus, aut noſtro munere egrederemur, aderat monitor aliquis, qui nos obſervabat. *Ad.* Cui potiſſimum ludo eras deditus? *Cl,* Peculiarem ludum aut eximium nullum habeo, niſi quod alii tempus voluptati dedunt, hoc ergo Muſicæ impendo, cui tantum venerationis attribuerunt veteres, ut hujus expers, á Muſis & Gratiis abeſſe proverbiali ſermone diceretur. *Ad.* Diſpeream, niſi tuæ me vitæ æmulum præbuero; nec ſectabor hunc ludum dutius. *Cl.* Tu hæc ſequere, aut meliora. *Ad.* Vitæ rationem mihi velim præſcribas, quando ad alia omnia non peſſime compoſitus videris. *Cl.* Aliás quum utrique commodius fuerit, lubens obſequar. Iam rectá domum contendo, parentes revíſurus, quorum deſiderium huc me pertraxit, *Ad.* Precor ut omnia ex ſententia offendas, quando ad ſtudia me, & præceptoris cultum excitaſti. Et veriſſimum eſt, dici quod ſolet; Felix avis, boni amici occurſus.

DIAL-

DIALOGUS QUARTUS,

PERSONÆ,

NICOLAUS, HIERONYMUS.

QUó tam ſubitò ruis Hieronyme? *Hie.* Hem probe vir, ſalvus ſis, non te præviderам. *N.* Sic ſolent, qui ſecunda fortuna ſublati abjectos deſpiciunt. *N.* Fortuna mihi adeò fautrix & benigna erit nunquam, ut in amicum ſublatos animos gerere debeam *N.* Quid accidit novæ rei, quod ſic curris feſtinabundus? *H.* Frater mihi á parentibus adeſt. *N.* Venit tuus frater? *Hie.* Sicut audis. Huic prandium coëmere volebam. *N.* Salvum illum venire ex animo gaudeo: & tibi gratulor, quando probæ indolis adoleſcens eſt, & ingenii non infelicis, ut ſi illam ætatem liberalibus artibus conſecret, erit quo patria ſuum decus aliquando referat. Sed quæ nova narrat? *H.* Permulta ſanè, quæ corám audies ipſe. Nam ferè eorum ſecors ſum, quæ nihil ad me ſpectant. *N.* Parentes vivùntne incolumes. *H.* Vivunt Dei beneficio non admodum incommodè, præterquam quòd ex anni tempore vulgus hominum magna annonæ penuria laboret, propter frequentes imbres, & coeli intempeſtatem. Quæ res agricolis timorem incutit: fœneratoribus contrà ad ſpem uſuræ animos addit. *N.* Hoccine verum prædicas? *H.* Verius, quam velim. Falſum me hic eſſe malo. *N.* Suſpectavi id adeò ſolicite. Nam poſtea quám pecu-

pecuniam in quotidianis sumptibus expenderam, interea usque vitam miseram exegi: & parentum negligentia vix, ægrèque manere potui *H.* Literas tibi adferri intelligo. *N.* De pecunia nihil audis *H.* Nihil quod sciam. *N.* Sexcentas mihi literas sine pecuniis mittant: non morabor hic vel horam amplius. Pecunia, non vanæ chartulæ creditoribus numeranda mihi est: qui, ne fame interirem, rugientem stomachum exatiarunt. *H.* Lætus sis, argentum simul accipies. Perterrefacere volui, quò voluptas tibi foret major. *N.* Hic aures arrigo, surdus ad alia. At res tua successitne ex animi sententia? *H.* Sic satis, etiamsi plures nummos expectaram, tamen præsentem fortunam benignè amplector, quando alia pinguior nulla datur, *N.* Recte sentis. Nemo siquidem malignè secum agi putabit, cui vel mediocris sors sit, & non omnino iniqua, *H.* Demiror certò, inter tot homines vix paucos inveniri, quos suæ sortis non pœniteat: aut præsentem rerum conditionem satis æquo animo ferant. *N:* Facit hoc, opinor, ambitio humana, quæ intra cupiditatis suæ metas stare nequit: sed ferè semper ultra humana, supraque concessa affectat contentiosa, *H.* Sed pergam quò cœpi hoc iter: tu fratrem, si videbitur, convenito, dum revertor. *N.* Dii bene vertant quod agis, ut parvo ære multa commerceris opsonia, & nos lautius curemus cuticulam.

DIALOGUS QUINTUS,
De parentibus.

PERSONÆ,
EURIPIDES, DIONYSIUS.

OPtato advenis exoptatiſſime Dionyſi. *Di.* Quid ita mi Euripide? *Eu.* Urbis me tædium jamdudum cepit. Huc itaque progreſſus, congerronem quærebam, qui mutua confabulatione animum meum exhilararet: cum te mihi hodie voluntate tua dabis. *Di.* Nihil poſſum minus. *E.* Quur non poſſis? Num tibi ægritudo aliqua oborta? Quid moeres, aut unde, cedo, ex ſolitario hoc loco prodis? *D.* Nunquam mihi vita acerbior viſa eſt, intantum infeſtus caſus rationes mihi omnes diſturbavit. *E.* Ne lachryma: atque iſtuc quicquid eſt, quod dolore animum exagitat, apud amicum expone, fortaſſe conſilio illud corrigam, vel conſolatione extenuabo, aut communem hanc tecum ægritudinem feram. *D.* Non poſſum moeſtitiam tibi objicere. Nihil eſt quod apud me verearis, quem in omnem eventum tibi habeas propenſum. *D.* Fortuna me graviſſimo doloris vulnere percuſſit. *E.* Dii malum avertant. Quid hoc eſt? *D.* Matrem habeo, eheu me miſerum. *E.* Mitte quæſo lachrimas, ne tantopere te excrucies. *D.* Habui ſcilicet, quæ ab adoleſcentia animo unice charum me habuit. & quidem veriſſimis amplexa affectibus, ſalutaria omnia ſuggeſſit. Et ne vividæ ætatis im-

tu indigna ſtudia contrectarem, præceptoris noſtri cenſuræ me commiſit, interea uſque domi ex dimenſo ſuo ſuppilans, quo mea otia ſuo maximo labore fovere poſſet, tum quód durior mihi pater obtigiſſet, in omni manſuetudine ac pietate erga filium, nihil ſibi fecit reliqui. *E.* Pium matris ingenium narras. *D.* Eam cum antea gravi valetudine dejectam mœſtus cognoveram, ecce tibi triſtis offertur ſcytale, quæ ex ægritudine fato functam eſſe docet. Hunc ego nuntium non poſſum non multis lachrymis excipere. *E.* Et me ſanè iſtæc res ad miſericordiam concitat. Deum immortalem, quam miſere comparatum eſt de humana vita, quæ tot fortunæ ictibus objecta, tam fugax eſt & cito peritura, & in ipſa dulcedine perpetuis fermentata amaritudinibus? *D.* Ah ſimul me è medio ablatum eſſe oportuit. Nam quam ego vitam expetam tali parente privatus, , qualis mihi nulla alia erit unquam? *E.* Ne ita animum inducas mi Dionyſi, aut luctum hunc feras iniquius: ſed te ad doloris vehementiam ipſe confirma. Sciviſti mortalem eam eſſe, & hac lege natam, ut neceſſarium vitæ humanæ finem aliquando ſortiretur. *D.* Nequeo parentis oblivìſci, quæ vitæ mihi, felicitatiſque omnis fuerit auctrix. *E.* Acerbum tibi videri planiſſime perſuaſum habeo. At moderati eſt hominis, ſpem optimam in animo parare, & adverſam ærumnam conſtanter ferre. *D.* Haud facile diſſimulamus, quod animo

De σκυτάλη Laconica. Gel. libr. 17. cap. 9.

ægre est. *E.* Frustra certe incusas, quod consilio nullo queas vitare. Quanto igitur satius est te dare operam, quî istam ægritudinem diluas, atque animum instituas ad communis sortis recordationem? Parens tua momentaneæ vitæ insomniis veluti ergastulo exempta, divorum spero consors existit. Vicit mortis molestiam, quam semel, dum in his carceribus vitæ pensa facimus, devorandam exhorrescimus omnes. Vixit *Christo* devota, & quæ omnia ad vitæ morùmque probitatem referret: ut gratulandum potius mihi videatur, fœminam pudicam ex hoc mundo fatorum sorte raptam esse, qui tantum habeat laboris & solicitudinis. Bono ergo fortíque sis animo, nec mœrorem altius in animum transmitte corporis alioqui, ingeniíque vires confecturum. Quod iis usu venire videmus, qui insperata formidine perculsi in mortem ilico concidunt. Hoc accidit, quando nativus calor ex omnibus membris ad cor ipsum refugit: cujus deinde copia, ceu oleum flammæ immodicè superfusum vitam extinguit. *Di.* Etiam si hanc calamitatem aliquo modo ferre possim, quod spei mihi putas reliquum de studii mei commoditate, cui pater ad rem est attentior, & qui hujusmodi sumptus tolerare nolit? *En.* Nihil tibi ille deesse patietur, quod ad honesti cultum ac studiorum proventum pertinere videbitur: quin omnem tibi benevolentiam accommodabit ultrò, ubi te viderit bonæ indolis spem optimam præferre: nec tempus in bonis literis infeliciter posuisse. *D.*

Literarum expers eſt, eoque iniquus ſtudiorum cenſor. Tum alia autem cura ſolicitor, ne ad novum aliquod matrimonium animum traducat, ibi ex patre mihi vitricus futurus. *E.* Non ſic futurum eſt, & cœpta tua honeſta *Chriſtus* ſecundabit. *D.* Ita ſpero equidem. *E.* Nunc quoniam tenebræ intendunt, in urbem divertamus, apud me cœnabis hodie. *D.* Habeo tibi gratias maximas, cum id non poſſim. Nulla enim res intervenire poteſt tanta, quæ mihi voluptatem afferat. *Eu.* Præbebis te inquam meæ poteſtati, dum hic animi tumor reſideat: nec ſuſtinebo mœrore amicum contabeſcere *Di.* Quando ſic ſtat ſententia, nihil recuſo.

DIALOGUS SEXTUS,

PERSONÆ

CODRUS, ÆSOPUS.

HEus heus Aeſope, nemon' huc prodit? *Æ.* Quis me nominat? *C.* Aperi actutum. *Æ.* Quid hominis es, qui oſtium pulſas? *C.* Homo frugi & amicus. *Æ.* Nomen ede, aut cauſſam cur veneris, niſi foris opperiri fruſtra velis. *C.* Aut tu illico me intromitte, aut fores effringam. *Æ.* Iſtud ego experiri volo: nec puto regnum hic ſuſtines. *C.* Experiri autem? Hem. *Æ.* Magnus te Jupiter perdat, quiſquis tam importunè calcibus inſultes januæ. Fores hic rumpet, ſi non aprio. Quis es? *C.* Ego ſum. *Æ.* En infeliciſſime Codre, tune ades hominis infortu-

fortunium? *C.* Cave iſtoc me nomine poſthac appelles. Æ. Cur ita? an non es quem te ſemper dictitaſti? Quid geſtis elephante? *C.* Nemo me omnium vivit fortunatior. Æ. Num fortuna tibi nubit? *Co.* Salus me ipſa ex his ærumnis ad ſummam venuſtatem provexit. Æ. Unde tanta felicitas tibi interceſſit, ut ex pauperrimo Codro, factus ſis Mida locupletiſſimus? *C.* Deus ſum, ſi hoc gaudium nulla calamitas ſubvertat, aut contaminet ægritudine aliqua. Æ. Talem ego Deum Orco præficerem. Tam es ſqualidus, & deformitate ipſa invenuſtior, ut vel primo aſpectu miſeras umbras territare poſſis. *C.* Tu, ſi infortunium ferre nolis, cavilla hæc omitte, aut petulantius in me quicquam referre: quandoquidem tui ſervandi perdendíque facta mihi eſt poteſtas. Æ. Ohe, Apoſtolúſne es? *C.* Imò & eccleſiæ paſtor. Æ. O elegantem paſtorem! tibi ego canem meum non committerem. *C.* Miſſa inquam hæc facito, aut te excommunicavero, ut niger ſtatim fias. Æ. Túne ineptias male ſanus aut commento hoc me ludas, incertus ſum. *C.* Serio loquor. Dico quod res eſt. Æ. Quæ hæc inſania eſt? Fortunam adeo eſſe cæcam aut iniquam, indignos potius ut exornet honoribus? Certe veriſſimum eſt, quod dicitur: Fortuna etiam ſceleratos amplis muneribus demeretur: Sola animi virtus ſingularem cuique gloriam parit, & nominis conciliat immortalitatem. *C.* Ego mihi gaudeo: & fortunæ, quæ ſuo beneficio ex mancipio neglecto dominum me finxit,

gratias habeo. Æ. Servus tu omnium factus es, ne erres. Officium magnum, non beneficium accipit, qui fidi pastoris sanctissimam subit provinciam. Tu autem indignus, qui in beluas imperium habeas. C. Vos ego beluas puto, qui tali pastori sitis auscultaturi: ita nimirum vos depexas oves reddam. Æ. Ludis in re seria. Quid tandem dices pro concione publica, qui nec literas probè sones, nec evangelia, arbitror, didiceris unquam. C. Aesopica nugamenta calleo, nasutule, quasi etiam mercenarius aliquis desit, quem concionandi muneri habeam suffectum. Æ. Interim civium animæ, quorum tibi salus commendatur, gravissimè periclitantur, dum aut tu parum feliciter consulis, aut alienus ille mercenarius in oves insontes lupum grassari sustinet. C. Curabimus æquam uterque partem. Æ. Sed miseram illam, & infelicem rempublicam, quæ ejusmodi committatur hominibus. Quondam non nisi communi populi suffragio, & quasi divino augurio ad id muneris asciscebantur, qui ex omni plebe, vel vitæ sanctimoniâ, vel literarum miraculo, vel provecta ætate, & morum gravitate præstantissimi erant. Nunc quoniam nullo selectu aut sapientia ducimur ad deligendum: pudet dicere, in quot probra ipsi nos conjiciamus. C. Desine has ineptias, non enim curo quam sim parum idoneus, indoctis ego doctus videor, & satis mihi est linguæ ac sapientiæ inter literarum rudes, insipidos, atque mei similes, modo laute vivam, quod ego omnium primum puto Æ.

Com-

Committitis pauci, iique illiteratissimi vestra importunitate, ut venerandum hoc sacerdotii decus pessimo odio apud plerosque hodie laboret C. Obtundis me hisce verbis, tametsi quid velis, satis intelligo. Sed scis quâ gratiâ huc venerim? Æ. Quî scire possim. quum nihil dixeris? C. Symposia domi meæ agentur, & quoniam iisdem studiis ac animorum conjunctione hactenus familiariter conviximus,& mihi hinc discedendum venit, memoriam mei longissimam convivio demandare vobis amicis volui. Huic inverecundum nugatorem interesse cupiebam, qui convivas multa jucunditate exhilararet, & simul operam daret mensæ. Tibi itaque, si non detrectas hæc, lampada trado. Æ. Vide cui delegaveris id officii: in mensa egomet mihi inservio. C. In hoc certamine strenuum te militem cognosco, prior edis, temeto largiter te invitas, ne quid vini supersit diligenter caves: curas te molliter, ut aliorum fabulis liberius subservias. Æ: Rides tu me quidem. At nihilo secius partes meas agam. C. Haud equidem rideo, sed par parri refero. Tamen extra jocum, aderis symposiastes in ipso tempore. Æs. Faciam imperata, ac lubens etiam tuo animo obsequundabo.

DIALOGUS SEPTIMUS.

De Commeatu impetrando

PERSONÆ,

MARTIUS, GETA.

NÆ tu in podicum perniciem consentis, qui moras hic nectas, nec remis velisque mecum involes scholam. *G.* Expecto quod mox se huc recipiat anus illa, ut poma uno turone nobis commercer. Vide quæso, ut lento gradu incedit silicernium *M.* illam vel testudo cursu antevertat, adeò nihil promovet. Abeo, tu quando lubet, sequere. *G.* Maneas, rogo, jamjam aderit: empta poma tibi impartiam, ne frustra oppertus sis. *M.* Non emam meo malo voluptatem exiguam. Nam per tempus nisi adsim, ferulæ subjicienda erit manus: & nosti præceptoris sævitiam. *G.* Præsto erimus in ipso articulo. *M.* Horam jam duodecimam significavit horologium. *G.* Hem duodecimam autem? vix undecimam esse arbitrabar. *M.* Mihi vel cunctationis pœnam indidit. Male pereat ille æditiuus, qui errorem hunc nobis sua incuria committat. *G.* Quis sibi horologii curam arripuit? M. Corbundus noster. *G.* Illéne surdaster, & lippus? etiam asinus sacra portat? nunquam mihi de homine hoc tantum speravi, ut eò potestatis progredi posse confiderem. M. Quam potestatem dicis? G. An non est ampla authoritas, loquendi tacendique legem campa-

nullis

nulis præſcribere, cubare in æde ſacra, veſtes religione venerandas, quandocunque viſum eſt, induere: Divos item ſuo arbitrio veſtire, ac nonnunquam, ſi ita contingat, ventris crepitu iiſdem oppedere in ipſo templo, quod ſoli impune licet: quoniam ibi nemo illum accuſare audet, aut eſſe facinoris teſtis. M. Nugæ. Dum tuis deliramentis animum applico, plagas penè mihi lucrifeci. Eamus. G. Non poſſum hodie. M. Quur itaque dolo malo me ludis, aut quid obſtat, quo minus queas? Num ægrotas, ut ſolet vulgus ſcholaſticorum quibus deſidia, aut torpor morbi cauſam facit? *G.* Non graviter laboro, ſed hulcus moleſtius totum collum exercet: quare per noſtram amicitiam te oro, ut abſentis cauſam apud præceptorem agas: veniam ſcilicet impetres, ne non veniſſe fraudi mihi vertatur. M. Ut nates meas in tuam committam fidem? nunquam faciam, neque cauſa honeſta eſt, qua te excuſam. G. Meliorem ſi poſſis invenito. M. Habeo opinor, qua te impunem fore putem. G. Narra obſecro. M. Ex humeris ægrotare dicam. G. Perge. M. Non enim poſſe cerebroſum hoc tuum caput ſuſtinere amplius: opus eſſe Atlante, qui tantam molem obeat. G. Eodem dicterio perſuade, verrucas libro meo increviſſe, eoque me non poſſe venire. M. Si iſthæc ratio diſplicet, eſt alia quam dabo. *G.* Quænam? *M.* Parentes dicam convivas cœna excepiſſe, atque eam curam demandaſſe tibi, ut ad ignem carnes veru extorreas. *G.* Dii tibi dent mentem

mentem obliviose, nescis Veneris diem hodie esse? En quam difficile est, mendacem secum constare: dum mendacium ipsum ut est servile vitium, ita liberali homine indignissimum. *G.* At in ipso hoc tempore necessarium est. Et fertur tempestivum commentum interim veritatis præmium mereri: nec oratoribus usquequaque illicitum. *M.* Orator non sum, nec soleo lubenter falsa concedere; tamen ea conditione sedulo pro te agam, ut mutuam aliquando mihi tradas operam. *C.* Quandocunque voles, nihil in me erit moræ.

DIALOGUS OCTAVUS

De Exomologesi, hoc est, modo confitendi

PERSONAE.

BERNARDUS, LODOVICUS

QUid foris negotii habes, quòd his diebus nemo te domi offenderit? *L.* Qua gratia id rogas? *B.* Quia opus erat tua mihi opera atque industria, *L* Habui certè aliud ex me quod agerem. Tamen si quid in me officii est aut studii quo te putas juvari posse, ejus tibi summum jus facio: & nolim profecto tibi amico operam meam defuisse. *B.* Magnas á me feres gratias, etiamsi istud de te mihi semper persuasi, & id curabo ne apud ingratum hominem videar obsequia tua posuisse. Sed unde prodis. *L.* Ex æde divo Augustino sacra. *B.* Quid illic rei tibi fuit? nònne ut concionatorem audires, *Christi* Evangeli

vangelium é ſuggeſtu pronuntiantem, *L.* Hoc ipſum, ſed aliud præterea egi. *B.* Num ſacris interfuiſti? *L.* Non, ſed confeſſionis annuæ religione ſum defunctus. *B.* Quis Deus hunc affectum tibi incuſſit? *L* Submonuit me ex anni hoc tempore Chriſtianorum religio, quæ nunc ſe ab omnibus vitiorum ſordibus excutit, ut idem facerem. *Be.* Nova iſthæc ſanctimonia in te inceſſit: nam non ſoles ſic eſſe ſanctulus. *Lo.* Reſipiſcendum aliquando fuit ab errore infelici. *Be.* Obvenítne exomologeſis cum ſacerdote probo. *Lo.* Probo fortaſſe magis quàm docto. *B.* Parum es fortunatus. *L.* Si ſcias quam omnes mihi bonæ res adverſæ fuerint, tum demum infeliciſſimum me diceres. *B.* Narra per Muſas obſecro, quid acciderit rei. L. Heri, quum ſubducta ratione eorum, quæ conſcientiam divinæ ultionis formidine evulnerabant, ſatis inſtructus ad exponenda peccata mihi viderer, rectà pergo ad Franciſcanos, quibus facinus eſt pecuniam pro opera accipere, cujus alioquin eram egentiſſimus. *B.* Intelligo. *L.* Deligo mihi craſſum quendam monachum, ſed ætatis ad ultimam ſenectutem ſpectantis, & qui mihi dabat opinionem ſancti viri. *B.* Mirum ni falſus ſis. Nam difficillimum eſt, ex cucullа probum monachum díjudicare. L. Audies. Ubi expectaſſem duas horas amplius, accedo jam ſolum: ſaluto. Ille jubet melioribus locum dare (viderat enim unam atque alteram mulierem eodem argumento aſtare, in quibus quæſtus erat, nam mihi facile

conjicie-

conjiciebat nihil eſſe) inſto precibus, ne miſe-
rum repudiet, qui jamdiu oppertus, ordine
tiam prior eſſet. Ille,ut cerneres impudenten
ludibundus exilit, atque manu prehenſam ad
ducit fœminam divitem. Ibi mihi diſcedendu
fuit, quum jam omnium ferè oculos in me co
vertiſſem. *B.* Doleo vicem tuam. L. Aſtiti r
tro januam pudibundus aliquandiu, ſi fortè r
vocaret. *Be.* Vide avaritiam eorum, qui in m
xima rerum ambitione paupertatem ſuo arb
trio ſuſceptam, perferre ſe jactitant. L*o.* Ab
inde triſtis atque ægre ferens, nec tamen mu
conſilium. *Be.* Nulla hic tibi ſpes alia fuit ap
Franciſcanos? L. Fuit, nam eôdem redii p
meridiem, & ſimili fortuna uſus, niſi quod alt
hic modeſtius me ſpreverit. *Ber.* Quam exc
ſationem attulit? *Lodo.* Aiebat ſe apud cive
Pariſienſem cœna exceptum, eóque non vaca
diutius. *Ber.* Hinc mihi animo collige monach
rum ſtudia: ille pietatis religione falſa, in pa
perem etiam contumelioſus fuit, profuſus in d
vites mulierculas, quas poſſit caſeo, vino, v
argento emungere. Huic animus in comeſſati
nibus vagatur, ne parva mora ægrotanti fra
conſulat. Vix tertius ſuo fungitur munere.
Iniquum eſt de omnibus hoc ſentire. Nec
dixi, quòd mihi in dubium veniat multoru
pia religio, ſed ita obtigiſſe: nec me ullius r
ligionis odio incenſum hæc prædicare, Deos t
ſtor. *Ber.* Et ego bonos monachos excipio, que
admodum Homerus Achillem ſuum. Sed perg

qu

quid deinde factum? L. Quid agam contemptus cogito. Corrasi ex amico duodenum, quem pollicitus ſum bona fide reddere, etiam ſi nulla ejus mihi ſpes eſſet. B. Pluris fortaſſe confeſſus es, quàm pranſus. L. Imò jejunus etiamdum ad templum Virginis matris diverto. Quum jam intrepidus accedo, extemplo rogat Sacerdos, qui ſim. Reſpondeo, Germanum me eſſe. Ille exclamat, abi Germane ad tuos: nihil Gallis cum Germanis convenit, ne lingua quidem. Ac ſtatim aſſiſtentium riſus ſimul exoritur. Ego ne diu ridiculus eſſem, quam potui ocyſſimè illinc me ſubripui. B. Hic rurſus opus fuit conſilio bono in re mala. L. In hoc totus eram, & deliberantem me ratio ipſa eò ducit, ut alterius tunicam induam non vilem. Jam ornatior, Auguſtinianos peto. Circumſpicio, qui mihi tum primum viſus eſt, adeo hominem veterem, altera manu argenteum nummum oſtentans. B. Conſilio felicior es, quàm rebus ipſis. Tandémne ſucceſſit? Lo. Succeſſit, ſed ita, ut ægrè diſcerneres uter alterum doceret. Nam is parum latinus erat, & ego Gallicum idioma Germanicè ſonabam. Ber. Fefelliſti non intelligentem, quæ confitebaris. L. Non profectò volui: idcirco latinè ut plurimum loquebar. B. Nec ejus linguæ peritum fuiſſe ais. L. Ego mihi ſatisfactum puto, quæ potuerim libenter voluiſſe. B. Quam tibi pœnitentiæ legem præſcripſit? L. Ut peccatis diſpliceam, atque vitem quæcunque criminis labe animam inquinare poſſunt.

B.

B. Summum hoc remedium, siquis assequi possit. L. Assequêris ubi mentem ad meliorem vitam dederis, atque fœdis istis cupiditatibus, quæ animam peccati obsequio fatigant, injeceris habenas. B. Laudo te, qui istęc putes: facturus ad eundem modum, ut primum me hac cura expediero, quæ nunc mihi ex parentum imperio incumbit. L. Quænam illa est? B. Epistola mihi ad patruum latinè conscribenda est de ratione studii mei: ea, quantum animi mei conjectura assequor, argumento illi erit impensæ à me diligentiæ. Et quia scribendi artificio leviter instructus sum, rogare te in animo habebam, qui mihi studiorum symphœtetes charissimus semper es habitus, uti hac in re tuam mihi operam dicares. L. Jam antè præmonui, ne formidares quidvis mihi oneris imponere. Rogari certè nolo, admoneri volo. Nam nostra necessitudo nullum me patitur officii munus prætermittere. B. Idem apud me semper habebis. L. Vis domi tuæ scribamus? B. Commodius sic mihi videtur, si non sit molestum tibi. L. Quicquid amici nomine facio, molestum mihi non est, & honestum puto. B. Eamus.

DIAL-

DIALOGUS NONUS.

Expostulatio cum studiorum socio, de neglecta schola.

PERSONÆ.

BERNARDUS, LODOVICUS.

TU mihi multis modis accusandus es cum ista tua negligentia. *L.* Quamobrem mi Bernarde? nunquid imprudens designavi, quod te male habeat? *B.* Videris mihi præter parentum expectationem, & præterquam tua ætas postulat, facere: qui tam parvi momenti deputes artes liberales, ut his aliquot diebus ne semel quidem scholam sis ingressus. *L.* Per me non stetit, quo minus venerim. *Be.* Quid igitur ab illis te abstraxit aliud? Nam id tibi non volupe, & pernitiosum esse certo scio, vel quòd absentiæ mulctam apud ludimagistrum lues, tum traditæ nobis disciplinæ jacturam feceris gravissimam. L. Res non patitur quemlibet ita, ut velit, vivere: & tempus atque usus quotidie aliquid afferunt, ut quod animo primum habueris, id vel mutes, vel intermittas, quando sic fortunæ poscit libido. *B.* Nec ego vivo ex animi voluntate, sed ut possum: tamen non audio, cujus rei inopia detentus, literas posthabere quiveris. L Non possum una fidelia duos parietes dealbare. *B.* Quid hoc verbi est? an tibi res alia magis impendet ipsis literis. L. Primum videre cogimur, ut vita in tuto collocetur. *B.* Sic censeo.

L. Ego

L, Ego in id diſcriminis miſer deveni, ut ope-
ra mihi ſit vita. *Be.* Bona verba, parentes tib
victum facilè ſuppeditabunt. *Lo.* Eorum negli
gentia res mihi ad ſummam neceſſitatem redii
Nam ut ſenſi diutius me deſtitui, fuit mihi eju
modi provincia ſubeunda, ut mea opera apud ci
vem aliquem vitæ neceſſaria aucuparer, quand
iſthac temporum acerbitate nemo hominem e
dacem gratis alere velit. *B.* Juſtior tua eſt excu
ſatio, quam optare debeam. At non credide
ram parentes tuos ſic nulla pietate poſſe mover
ut omnem ſtatim animum de te abjicerent, L
Quî ſcis, an in eodem mecum malo verſentu
B. Haud ſpero. L. Dum per facultates licui
benigne obſequuti ſunt: nunc quoniam ipſoru
fortè res non patitur, neceſſum eſt hoc me fa
cere, ut illos quamminimè gravem, nec à lite
ris lâtum digitum diſcedam. *Be.* Atqui ſtudio
homini in primis conveniebat, vitam ab ali
rebus exemptam agere, quo magis uni literarun
exercitio intèger eſſet. *Lo.* O fortunatos, qui
bus parentum beneficio liberum eſt, per omnen
ætatem in hoc pulcherrimo ſtudio immorari
mihi quidem iſtud licuit nunquam. *Be.* At q
fit, ut pleroſque longe poſterius ad ſolidæ er
ditionis arcem proſerpere videas, qui fortunæ f
cultatibus cæteris ſunt priores? Pauperes eni
homines non ſemper eam contingere, minus
deo miror. Illi interim prohibentur vel tempo
ipſius injuria, vel penuria præceptorum, a
quòd ſua otia nutrire nequeant, *Lo.* Quib
vita in rerum abundantia deliciatur, labores
ſe

ferre nolunt, & hac laude contenti, non progrediuntur altius: inopes, quoniam male favet fortuna, omnem in exornanda ingenii nobilitate sumunt industriam, qua cæteris & mirabiles sint, & se simul à miseria asserant. *Be.* Dicis veri similia, & hoc mihi charior eris, quòd in magno discrimine literas necdum omnino relinquis. *Lo.* Possem commodius apud parentes degere: ni studii gratia quidvis hic pati malim. *B.* Ne ab incepto tuo desistas, habebis aliquam subsidii spem apud me repositam, donec majorem à tuis accipias. *L.* Merito te semper feci maximi, cum in adversis rebus opitulari te mihi velle intelligo. *B.* Dignum est ut faciam: nec aliorsum volo accipias hanc criminationem, quàm ut mei in te amoris esse duxerim vel hortari, vel familiariter admonere, si quid delinqueres. *L.* In istam partem, aut meliorem interpretor, & idem rogo semper facias.

DIALOGUS DECIMUS.

PERSONÆ.

SIMON, JACOBUS.

SAlve mi Jacobe. *Ja.* En charissime Simon, salvum te esse jubeo. Bene factum, quòd nos tandem inviseris. Quo pacto domi vivis? Satisne ex sententia? ut valet tuus herus? *Si.* Omnia salva, *Christi* benignitate. Tu quam vitam agis? *Ja.* Incolumem sic satis, sed tenuem & maceratam. S. Præstat cum sospitate

pauperem vitam traducere, quam afflictam, etsi luxu circumfluentem. *Ja.* Et ego pauper vivere, ex salute malo, quam ditissimus in ipsa vita periclitari, Tamen dives vivere sine molestia, si detur, potius optarem. S. Istud impunè optare licet. Sed ut quimus, aiunt, non ut volumus. *Ja.* Quid rerum agitur? *S.* Apud me nihil magnæ rei fit. Tu cum Musis seduló rem habes. Ja. Non admodum. *S.* Ignosces, si parum in tempore tua studia interturbem. Ja. Quin hoc precare, ut ignoscam quòd tam insolens me interpelles. Nam scis te mihi charissimum esse, & nullo me tuæ consuetudinis capi fastidio. S. Nec me quidem tuæ familiaritatis pœnituit unquam qua me tibi cum multa benevolentia devinxisti; sed ea me quamdiutissime frui non posse, id seriò tristor. Ja. Quid, malum, hoc infortunii est? num hinc aliò commigraturus? S. Evenit hero meo iter, in Hispaniam ut iret ad fratrem qui jam menses quatuor vehementi morbo absumtus, mortem interea semper expectat: & hunc herum meum, eorum omnium, quæ labor ac longa vita dedit, hæredem constituere in votis habet. Ja. Divitem illum, & cui plus satis est rerum? S. Desine, sic visum est Fortunæ in miseros nimium iniquæ, & quæ habent semper superaddat. Ja. Utinam ad me aliquando veniat. Si. Cæca est: non adit homines probos aut doctos. Ja. An tu abeuntem dominum comitaberis? S. Imò istic hærebimus aliquamdiu: nec mihi remeandi spes certa est, nisi o[…]

cio meo apud illum defungi velim, qui exulem me & hoſpitem ſuis ædibus excepit, atque paſſus eſt clementi ſervitute victum, corporiſque cultum mereri: quod ſcilicet nec utile mihi & turpe videbitur. Quid autem agas aliud quàm ut eum omni ſtudio amicum ſervandum ſtatuas, qui tibi author magnæ fortunæ eſſe poſſit? S. Ita quidem apud me deliberatum eſt, atque eo animo huc veni, ut noſtro amori, qui à parva conſuetudine ortus, ad ſummam benevolentiam accrevit, extremam jam manum imponerem. Quare gratias quammaximas tibi habeo, mi Jacobe, & hoc aurum ab amico accipe, præmium aliquod tui obſequii, ne apud te ingratus habear, quem tu nullo aut officio aut amore ſuperiorem eſſe ſuſtinuiſti. Et quoniam me, dum corám agerem, conſilio juviſti & condecoraſti diſciplina, nunc etiam abſentem & ames & deſideres precor. Ja. Non patiar per te mihi quicquam muneris obtrudi, à quo majora accepi, quám ut tuam hic gratitudinem requirere debeam. Nec puto mei etiam pudoris eſſe, quum nihil ſuave ſim méritus, talem mihi gratiam velle repoſitam. Si enim tuis ſtudiis obſequutus ſum unquam, aut gratificatus voluntati, ſive mea tibi conſuetudo grata fuit, ſeu profuit induſtria, ea me facere non tam decuit, quám non feciſſe mihi fuerit turpiſſimum: & tui mores elegantiſſimi facilè me ad omnem benevolentiam incitabant. S. Haud illud exhibeo, quaſi tuo merito faciam ſatis, ſed hic nummus á memo-

ria tibi erit, ut mei memoria tuo animo quam ditissimè inhæreat. *Ja.* Amor ille noster altius in corde meo insculptus est, quám ut ulla oblivione exteri queat. Tum animorum συμπάθεια facit, ut nunquam possim non tui meminisse. S. Sine hoc me impetrare, & vale in omne ævum felix, nostrique vive memor. *Ja.* Jàmne quæso abiturus? S Hoc ipso temporis puncto. *Ja.* Pedèsne iter ingredieris, an eques? S Carpento, audio, advehemur. *Ja.* Salva res est. Num rei vestræ sarcinam aliquam concipitis? S. Præmisimus quorum nobis usum fore putamus. *Ja.* Si quam supellectilem habes, aut ejusmodi, quod apud me deponere cupias, vel fide integra ad tuos perferri, non gravabor eam provinciam suscipere. S. Nihil habeo, & si quid esset, committerem id tuæ fidei. *Ja. Jesus* ergo te mihi diu servet incolumem, & nostram consuetudinem, quoad ejus poteris, cole. S. Faciam sedulo. *J.* De rebus tuis, ut primum istuc veneris, certiorem me facias. S. Curabitur diligenter.

DIALOGUS UNDECIMUS.

De Præceptore conveniendo, ac vitiis quibus adulescentia est opportuna.

PERSONAE.

CONRARDUS, PAMPHILUS, GYMNASIARCHA.

SAlve plurimum dilecte Pamphile *Pa.* Salv tantundem mihi desideratissime Conrard

Co. Qu

Co. Quò tuum iter deflectis? *Pa.* Ad teipsum. *Co.* Num me conventum expetebas? *P.* Scilicet, nisi te aliud dehortetur, *Co.* Si est quod mecum agere cupias, habebis me voluntati tuæ obsequentem. Sed nos in angulum hunc subducamus, ne prodeambulans præceptor nos fortè hic observet, aut illiberale facinus aliquod designare suspicetur, *Pa,* In ea re periculi nihil est, nam is quoque mihi est conveniendus. *C.* Quid habes consilii, quod ad me deferre volebas? *Pa.* Memini ex te auditum, jamdudum tibi fuisse in animo, hinc cum probo aliquo ac fido sodali in Academiarum universitatem proficisci, ut majore in schola, præstantioribus etiam disciplinis ingenium excoleres. *C.* Rectè audisti. *P.* Quæ nunc tibi de istac re stat sententia? *Co.* Eadem quæ olim: modo mihi detur, qualem animo optaverim, itineris hujus comes. *Pa.* Quid si me istum digneris, cujus animum in rebus omnibus tibi adjunctum senties? *C.* Si istud animum inducis parentum voluntate licere, & ex re tua esse, nolo meum tibi obsequium desieri. *Pa.* Ni nossem parentum sententiam consilio meo accedere, nunquam istud tam pessime in me committerem, ut quicquam contra eorum imperium facerem. Quare si me studii tui socium receperis, non reformido in quencunque fortunæ èventum tecum venire. *Co.* Quasi id me rogare debeas, aut ego quemvis alium mihi dari malim, quàm te adulescentem modestissimum. Quin accingere, & me quocunque vocat virtus,

præeuntem consequere. *P.* Adero ad omnem virtutis laudem paratus. *Co.* Collegisti suppellectilis tuæ sarcinam? *Pa.* Non amplam habeo, dictum ac factum composuero. *C.* Vísne præceptorem adeamus, acturi gratias præstitæ nobis disciplinæ: simul ut illius permissione ancoram hinc solvisse dicamur? *Pa.* Imò sic cupio & volo. *Co.* Eamus, Dii aspirent cœptis. Precamur tibi salutem observandissime præceptor. *G.* Salvi sitis optimi adulescentes: quid vobis in votis est? nónne ut me de re quapiam consulatis? *C.* Nisi incommodum tibi sit, aut possis ex tuis negotiis aliquid nobis otii impartire, eramus te paucis interpellaturi. *G.* Commodum est, eloquimini. *Co.* Hortantur nos parentes, quibus omnem obedientiam debemus, & ipsa ætas jam adulta commonet, ex triviali hoc ludo in Academias itare. Quare tibi gratias habemus quod tuam nobis disciplinam fideliter detuleris, curaverísque virtutum nos studiis, ac optimis artibus erudiendos: relaturi uberiorem tibi mercedem, si quando per fortunæ facultates liceat. Nunc quando hinc sumus abituri rogamus ut id pace tua fiat. *Gy.* Quicquid vobis vel studii, vel doctrinæ præstiti, id ex animo præstitum volui, & cumulatè mihi satisfactum arbitror, si eam doctrinam quam mihi refertis acceptam, optimis moribus, ac vitæ continentia ipsi referatis. Quando autem parentum imperio vos avocari dicitis, abite mea voluntate & date operam, ne vestra incivilitas aliqua

labe

labem meo officio conciliare possit. *Co:* Curabimus diligenter. *Gy.* Vos etiam diligenter moneo, ne illam ætatem malis studiis corrumpi sinatis, aut labi in vitia adolescentium Et quoniam proborum hominum consuetudo magnum ad virtutem habet momentum, vitabitis eorum consortium, quicunque improbitatis nota sunt attacti. *C,* Utemur selectu ex consilio boni viri. *Gy.* Ebrietas adolescentiæ turpissima est, & quæ ingenium plané extinguit: nec minus nocet crapula. Perdita est ætas illa quæ ad voluptatẽ & libidinem sese dedit, aut meretricio implicatur amore. Ibi enim omnis industria jacet, & mens illa humani pectoris circa rem fœdissimam occupata, nunquam se ad bonam frugem erigit. Levius vitium est in adolescente rei profusio, sed quæ magnæ inopiæ soboles existat. Hæc subinde vos docui, nec necesse habeo in memoriam revocare. Incumbite ergo in omnem virtutem, ac feliciter valete. *C.* Et *Jesus* te nobis servet incolumem.

DIALOGUS DUODECIMUS.

PERSONÆ,

ADULATIO, PAUPERTAS.

PErecastor hic dies multis mihi voluptatibus oneratur. Nam vix hodie expergiscor, quum me puer ad jentaculum invitat: accessi, curavi me mollissimè. Rursus vocor ad prandium, quum me satias omnis cibi teneat, necdum

antelucanam crapulam ſatis concoxerim: Quamobrem? niſi quòd me ad aliorum ingenia ſic paro, quaſi ſuſpiciam: omnibus aſſentor, in os corripio neminem, & quum omnes ſua quemque gloria celebro, tamen diſſimulato cachinno rideo omnes. Sino ſtultos errare, & inſanos homines ſapientes dici: quod mihi bonum eſt, & volupe. Id adeò ex ipſa re mihi venit in mentem. Heri aliquot aulici homines huc appulerunt, quibus omnia præterquam ſibiipſi ſapiunt: & ſe primas habere putant. His ego egregia venerationis ſpecie obrepſi, formam eorum, proſapiam, nobilitatem denique admirata. Ubi ſenſi homines ſtultiſſimos vana laude ceu hamato vermiculo piſces capi, ibi animi virtutem quæ illis nulla fuit, ſupra aſtra, ſupràque cælos extuli. Complectuntur certatim me munuſculis: conviviis, balneis, unctionibus, aliiſque deliciis excipior. Aliis alia placent. Mihi illa vitæ ratio potior viſa eſt, quæ in luxu ac voluptate reſidet. Ea quoad licet, fruar: quoniam ante tempus in miſeriam conſentire, hominis eſt extremè deſipientis. Huc itaque animi gratia prodeambulare juvat, dum obſonia parantur. At quæ hæc eſt mulier, quam foris neſcio quem manere video? Furialem deam eſſe reor. Siquidem cadaveroſus pallor, macies plus quàm oſſea, veſtis ſemilacera, non hominem, ſed quampiam à furiis oriundam repræſentant. Adoriar. Quid rei tibi hic eſt impura fœmina? *P.* Expecto, qui meum connubium moderato ferat

animo

animo. *A*. Totum ſecúlum fruſtrà hic operieris. An quiſquam mortalium adeò ſit demens, ſponſum qui ſe eſſe velit fœminæ horrendiſſimæ? ſi fœminam nuncupare licet. *P*. Non ambio ſponſos, qui multi mihi ſunt, ſed cui benignè mecum conveniat, deſidero. *A*. Quid monſtri es? *P*. Euge, ne parum ſis petulans. *A*. Quæ igitur belua aut incantatrix es? nam fœminam te vix agnoſco. *P*. Parens ego ſum omnis humanæ induſtriæ. *A*. Oh parentem induſtriæ. Lamiam te credideram. Nomen dic ſodes. *P*. Πενία, *A*. Paupertas tu es? fuge, fuge hinc in extremas terras. quid reſtitas? quid hic tibi negotii eſt odioſa fera? *Pa*. Mihi? Quaſi ulla orbis terrarum regio ſit, aut cœli tractus, ubi ego exulem. Tibi nuſquam locus, niſi apud aulicos, apud ſtupidos, & qui vitam exigunt ab omni virtute ſejunctam. *A*. Quos mihi fatuos homines obgannis perdenda peſtis? quam ego puto infra omnia mancipia eſſe. Et ni ocyſſime hinc faceſſas, quæ hiſce me convitiis laceſſiveris, faxo ut peſſimo exemplo in lutum provoluteris. *P*. Vide, ne eò petulantiæ procedas, ut indignum me quippiam committas. Suſtine hic me aſtare, quam magni, etiam reges, & philoſophi ſummi non violenter tolerarunt. *A*. Toleret te, qui ſe miſerum eſſe velit. Ego tam inſana ero nunquam, ut mihi conſuetudinem tecum communē cupiam. *P*. Hoc nihilo es felicior. Nam tibi ſi res grata mecum foret, conſtantius multò te haberes, nec eſſet quur ipſa te ridendam

dam

dam vapulandámque cæteris ſubjiceres, dum ſtolidiſſimo cuique obſequii ſimulatione aſſurgis, aut nebulas fumóſque flagitioſè vendita *A.* Heus tu Proſerpina, verbum ſi addideris jam ſine mora ſublime arreptam in mare præcipitabo: ut te Dii Deæque omnes radicitus extirpent cum tuo odio. quid hoc audaciæ est etiam obloqui, aut provocare me audes? *P.* Maledictis certas cum ea, quæ à multis projecta faſtiditaque jacet, & ſe vinci patitur facilè. *A.* Et jam feres plagas. *P.* Tantum in me tibi licebit nunquam, etſi petulantiſſima ſis & eò impudentiæ projecta, ut tuam voluptatem nulla unquam fœditas retardare potuerit. *A.* Dixi. *P.* Si quid eſt à me peccatum propter quod merito vel tu, vel plerique homines mihi ſuccenſeant liceat id refellendo corrigere, aut emendare purgando. *A.* Putáſne ullo te crimine carere, aut odio peſſimo? *P.* Experieris, ubi modeſte mecum contenderis. *A.* Indigna es, quicum ſermones cedam. *P.* At tu impudentior, quàm cum innocentia cordi eſſe poſſit. *A.* Quaſi innocens tu, & non ſceleſtiſſima ſis. *P.* Quo magis intelligas, utra noſtrum ſceleſta aut exitioſa magis exiſtat, dabo tibi jus quidvis dicendi ea lege, ut viciſſim per te mihi fas ſit falſa redarguere, partem meam veriſſimis tueri rationibus: aut ſi victoriæ laus penes te eſſe poſſit, ultrò tibi concedam. *A.* Etſi mihi rem tecum eſſe nolim, hoc eſt, cum paupertate, qua nulla alia gravior peſtis extat apud homines, tamen hujus certaminis palma

palma freta, tibi indulgeo dicendi libertatem. T. Paucis dicam, tu placide auſculta. A. Vix illud poſſum, ſed eloquere. T. Quòd inviſam me tantis imprecationibus vulnerant homines & execrantur, id mihi immerito accidere, & extra noxam me eſſe intelliget, qui ſe noſtræ orationis arbitrum ſervarit incorruptum. Nam cui ſummi homines, quos ſua virtus immortali gloria claros fecit, magnam olim venerationem attribuerunt, eam iniquorum deſperata malitia indigniſſimè oppreſſam deturbat ad calamitatem. Si mortales ſuæ originis memores, vera bona amplecterentur, nec tanto habendi ſtudio æſtuarent, nolint eam abjicere, quæ multos ad virtutis innocentiæque extulit laudem. Nunc quoniam in tam diverſis hominum ingeniis pauci innocentiæ rationem colunt, & ſceleratiſſimi plerique, quos impunita licentia, atque aliæ ex aliis ineffrenatæ corporis libidines gravi ſervitio premunt, ad ſummos honores, præter æquum irrepere nituntur: ego non ſolum extra calumniæ crimen eſſe non poſſum verumetiam peſſimo odio apud illos immerita, laboro. Etſi Po. Ro. in ipſa libertate educatus, & qui imperium ex parvo principio ad extremos mundi fines propagavit, ducentos annos amplius ita me æquo tulit animo, ut quanto rerum minus, tanto certe minus eſſet cupiditatis, & parſimoniæ honos major: non video quur inſontem molliſſimi homunciones deliciis, ignaviáque perditi, ſua lacerent malignitate. Olim præ-

præstantissimus quisque sua eximia animi forti-
tudine ac militiæ gloria illustris, non diviti
pollens videri voluit: quæ scilicet pecuniæ st
dium, & abundantes voluptates primum inve
ere, tum autem omnemmilitar em industrian
obtriverunt. Nam postea, quam Romani pa
pertatis cultu fastidito, divitias mirari cœp
runt, ibi demum omnis belli gloria,omne viril
animi robur mollitie, ac vita luxu effluen
fractum decidit. Errat etiam vehementer,
quis arbitratur idcirco paupertatem in tanta
execrationem vocari, quód servitutis jugu
perpetuum ferre, facere & pati quidvis jubean
quòd scelerum sim ministra, quòd laqueos
stentem, aut honoris viam intercludam. N
horum sum auctrix, sed potius repultrix: n
quis judicii sinisteritate correptus, deplorata
mendicitatem falso me audeat appellare. N
mihi deest ampla ad dignitates materia: desun
qui per me ad summi boni fastigium progre
dignentur. Et quando sic hominibus stude
ut bonis neque desit, quod ad vitam propaga
dam pertinere videtur: neque supersit, q
possint ad voluptatum cupidines incitari, n
idcirco dignè mihi stomachantur homines,qu
die noctéque fœda voluptas tenet occupat
quum intelligant per me sibi peccandi ansa
abreptam. Quandoquidem me quisquis amp
ctitur & colit, is bonam vitiorum partem ja
effugit. Veneris enimvero facibus non perdi
æstuat, nec habet quod in meretricum ingl

vie

iem dilapidet. Aleator non eſt, ut nec uſurarius. Non flagrat ambitione nec alterius marefcit felicitate, ſed ſorte ſua contentus, quærit uod in proximo eſt. Haud illum remordet nagni ſceleris conſcientia, quemadmodum nec cceptæ repulſæ languet contumelia. Superbia emo magis vacat, quam qui ſibi pulchrè conſcius, ſuo ſe metitur pede Curæ obſtrepentes octurnam quietem trahere non retardant: on illi crapula graves morbos parit, ut ſolet iis ui novis ſe epularum illecebris immergunt. Nunc igitur ſi apud æquos judices, qui paupertatem me, non extremam indigentiam interpretentur, excuſatione eſt concertandum, facillè oncedant extra culpam me & innocentem eſſe. i malorum odio opprimimur, tam id patiemur enignè, quam omnem contumeliam conſuevinus ferre. Si pro meritis aut execranda ſum aut olenda, conferamus æquitatem: nec honoris ructu privabor, & intelligent omnes bonorum ne eſſe cauſam. Enimvero ex æquo omnes ſi ivitiis abundarent, nemo in tanta rerum copia rtem meditaretur, aut ſapientiam, nec in aliquo egregio facinore poneret induſtriam. Jaceret omnis humana inventio, leges juſtitiæ fundamenta: nihil ornati, nihil magnificum in mundo foret. Quis etenim fabrilia tractare, aut naves compingere dignaretur? Cui poſſit ulla tanta neceſſitudo incumbere, ut agricola terram aratro fodere per ſcrupos, per ſaxa, latrantem ſtomachum aratro pene exatiare, longam

gam ſitim aquâ effoſſâ, gelúque concretâ leva
non gravaretur? Quis cerdo in tanta fœdita
jumentorum exuvias muco ac putore ſqualid
ſuo more exercere poſſit? Nemo in altis ru
bus foderet, vel vineis jaceret fundamenta, c
rvâque falce rubos reſecaret: agrum aut ſer
ret, aut meteret, quem divitiæ ſuis auſpiciis v
tam agere paterentur. Hic maris certiſſima p
ricula, ſpe incerta ſubit: ille parvo ære co
ductus, ſuo ipſius ſanguine hoſtem à muro arc
ne omnis ætas ad cædem & cruorem extrah
tur. Eſt alius, qui diverſo ſtudio, & ſuis,
publicis rationibus prodeſt. Alius, ne noſt
ſordibus infecti extingueremur, ob rem cloac
expurgat. In ſumma, ne lectus quidem, a
domus privata: nec cultus, nec honos aliqu
quæ à me profecta ſunt omnia, ſi ejuſdem f
cultatis omnes eſſent: ſed vitam agerent hom
nes ferarum ritu, quas natura rationis exp
tes, & ventri deditas finxit. Quamobrem unu
Id ab hominibus precibus contendo, ut ſi nu
quam malè ſum merita, ſi per me induſtri
acceperunt, qua ſe ab illa extremæ indigent
aſſererent turpitudine: ſi ego auctrix hone
vivendi pro cujuſlibet dignitate exiſto, ut m
ſi non patienter ferre, ſaltem extra gravem c
lumniam eſſe velint. Dixi. *A.* Si quantum
hac oratione inverecundi commenti ſpiras, ta
tum tuis verbis ineſſet vel veri, vel a me fi
adhibendum, non detrectarem tuæ ſententiæ a
cedere, & veluti ſuperata, honoris palmam t
bue

uere victrici. Nunc quoniam falſis argumentis
nnixa, veritatem ipſam ita manifeſto menda-
io evertis, ut quibus verbis culpa te vacare pu-
as, ea te magis ac magis ſceleris ream citant,
uis jam ferat tuam audaciam? Nam hoc om-
ium primum ſatis conſtat, Paupertatem om-
ium malorum eſſe ſtirpem ac ſemen. Quic-
uid vel periculi, vel laboris impendet, hoc
ibi debent miſeri homines: famem, ſitim, ci-
nices, pediculos, pulices, caſulam alienam, nihil
uris, nihil honoris, ludibria, damna. Et cum
arum rerum penuriam lugent, quæ vitæ ſuf-
ulciendæ ſunt dicatæ, tum etiam dulciſſimo
onſanguinitatis fructu privati, ab omnibus no-
is & amicis deſeruntur. Quo vel ſolo nomine,
uid te execrabilius dici vel fingi poſſit? Si-
uidem hoc ego arbitror in vita mortalium
rimum eſſe, ut homines mutuis ſe obſequiis
mplexentur & ament, humani nihil à ſe alie-
um putent, ac in commune referant accep-
um, quòd nati, quòd ad manſuetudinem facti
int. At pauperis, & in miſerrimi mortalis ca-
um projecti neceſſitudinem nemo reſpicit, aut
mbit amicitiam. Ut mihi comicus ille verè
ixiſſe videatur: πενίας ὀυδαμοῦ ὀυδὲν πέφυκε ζῶον
ίςερον Huc ſpectant, ſacrilegia, furta, latrocinia,
& ejus notæ alia facinora, quæ miſeri tua ad-
cti injuria committere creduntur. Qua ergo
atione criminis expertem te eſſe opinaris?
Dixi. P. Perſuadere potuiſſem jam antè vul-
gus hominum non recte iſtud ſibi in animum
in-

inducere, & te omni via errare, ni plus ap
te valeret illapsa animo voluptas, quàm virtu
studium. His enim vitiis, quæ ad me ref
auctricem, impingunt potissimum illi, qui s
sibi fato susceptam perpetuam sustinent mise
am: tam certè mihi absimiles, quàm est corv
olori. Nam si innocentiæ dulcedine traher
tur, si ulla in iis animi nobilitas insideret, q
noctes, & dies admonerentur, non parvæ m
lestiæ fuga arduam virtutis viam esse desere
dam, fugerent nimirum voluptatem, vitare
otia prava: atque ea demum facerent, q
sunt paupertatis cultoris ingenui. At nunc co
trà homines scelesti corporis oblectamento su
mam felicitatem metiuntur, nec mecum mo
ratè, nec sine me vivere possunt: & dum
reformidant, repudiant, detestantur, ipsi se p
periei nomine indignos non solum reddu
verumetiam profunda turpitudine submersi,
beluas transmigrant. Hinc illa flagitia, quæ f
sò mihi imputantur. Pauperes esse nolunt,
rapinis atque aliorum bonis per vim ereptis
nefando scelere emptis ditescere cupiunt. H
quoniam male succedit, me statim in calum
am vocant. Licet hoc mihi citra arrogantiæ c
men de me prædicare, Paupertas sapientiam
perit. Ea homines finxit industrios: & quæ in
centiam amplexa, temperantiæ ac honest
cultrix existit. *A.* Oh audacem temeritate
etiam te laudas? Vix me contineo, quin j
unguibus tibi in oculos involem. An non

det ſceleſtiſſima hæc omnia falſa comminiſci? aut ſi nullo pudore retardaris, quando eò proceſſiſti inverecundiæ, ut quidvis facere & perpeti tibi imperaveris, nónne reprimere debebant manifeſto falſa & excogitata, ut ſaltem modeſtius de te quicquam diceres? Nam ut ad pauca reſpondeam, quum hac in re veritas ipſa deliteſcere non poſſit, quem unquam ſapientem vidiſti, aut magiſtratus inſigniis præditum, qui extremè pauper eſſet? Seu enim artes liberales conſideres, ſive ſpectes Philoſophiam, aut quamcunque inſignem facultatem animo contempleris, in primis liquido conſtat, neminem, quem divitiæ ac res neceſſariæ defecerint, ad ſupremum illud artium dignitatíſque culmen conſcendere poſſe. Quis ſutor hic vel caligarius, aut quantumvis boni ingenii homo, cui fortuna eſſet tenuis, ad honoris gradus fuit aſcitus? Innocentiæ certè nullus hoſtis exitioſus magis eſt ipſa paupertate, quæ ſuadet aut magnum aliquid per fas nefáſque, turpe & illicitum moliendum eſſe, aut ſuo periculo patiendum, ut vita interim in tuto eſſe queat. Unde jam cedò, qui tibi devoti vivunt delicatas epulas ſument, aut cœnam dubiam? ubi comeſſationes, balnea, unctiones, bellaria, vina Græca erunt? Apud te ſanè nil aliud quàm miſeria, calamitas, ac opprobrium. His itaque argumentis quantam tu malorum turbam adferas, nec obſcurum eſſe poteſt, & facile intelliget quiſquis ſuarum libidinum reminiſcitur. *P.*

Vellem Adulatio, tam posse omnis te crimin vacuam cum ista petulanti lingua docere, quà tibi est facilè immeritam lacessere querelis. Na ego quæ dixi, vera an falsa sint ex historic monimentis discere licet: & te scelestissima esse, & magno me crimine carere non mul oratione possum demonstrare, nisi qu mihi difficillimum erit, istud tibi persuader quam neque virtus ipsa ad bonam frugem que revocare: aut voluptatis tristis exitus deter re saltem ut resipiscas. *Ad.* Si est quod co trà hiscere possis, eloquere, & mitte crimina onem aut periisti. *Pa.* Dic mi

Crates Philosophus divitias sprevit.

Crates Philosophus Theban adeò nihili fecit aurum, ut quu suspectaret divitias Philosoph studium impedire, eas in mare projecit: ra minore dispendio malas cupiditates mersum i quàm earum se illecebris teneri captum. N ne ergo sensit, paupertatis sobolem esse Phi sophiam? *A.* Ille sponte sua miser esset vol

Diogenes.

P. Huc specta, Diogenem C nicum summum philosophu non puduit diversorii vice dolium usurpa Is præterquam quòd animum ab omni cupi ne vacuum gereret, etiam hominum poten ita deridebat, ut quum Alexander Imp. rei n raculo excitus, ad dolium accessisset, atque f tè apricantem solem suo obstaculo averteret, j sus est à Diogene illinc facessere. Aufers, inqu

Rex, cujus præstandi copia tibi nulla est. Cleantes Asianus Philosophus nobilissimæ paupertatis fuit, sed quē sævientis fortunæ invidia ab hoc sūmo studio in otiū tradere non potuit. Nam quū extrema inopia periclitaretur, noctu irrigandis hortis victū quærebat: interdiu Zenonis præceptis animū appulit. Fuit suæ ætatis hominibus miraculo proptet rarā ingenii felicitatē. Nónne igitur vides paupertatē sapientiā reperisse? Eadem sanè & homines reddidit industrios. *A*. Si tu homines reddis industrios, quur tua industria non meliorē tibi vestē aut victū paras famelica? *P*. Mihi sic placeo: attamen verissimū est quod dico. Nec est, quòd multis verbis id doceam, quando Melesigenes ille, à calamitate postea dictus Homerus, princeps poeta, & qui omnibus eloquentiæ partibus (ut ait ille) ortum & initium dedit, in ea tamen rerum omnium indigentia & natus, & educatus erat, ut pulcherrimam ingenii sui fœturam panis portione vendidisse memoretur. *A*. Quid stolida mihi? *P*. Interturbas etiam? Jam antè dicendi veniam precata sum. *A*. Taceo, perge. *P*. Nævius inter graves Fortunæ minas ingenio fuit erectissimo. Etenim libertate unà cum rebus omnibus amissa, comœdias in ipso carcere scripsit elegantissimas: quibus cum inimicis gratiam, cum hostibus salutem

Cleantes Asianus Philosophus.

Homerus pauper.

Nævius comicus.

Pub. Terentius Afer.

sibi reparavit. An non *P.* Terentius Afer in ipsa florente ætat duram pauperiem domi militiæque expertu traditur? & quod esset viliore vestitu obsitus per ludibrium,, initium fabulæ dictus est. Tamen eloquentia ille plus quàm Attica, & artis comicæ palma in primis e

Plautus

celluit. Plautus quum Romæ vitam in luctu & miseria traheret, jámque pe venisset in summum famis discrimen, trusatilibus molis circumagendis operam dedit victu gratia. At quem sors tenuis in miseriam tu bavit, illum insita animo virtus ad supremam gloriam erexit. Comœdias edidit divino eloqu respersas. Adeò illi non obfui, ut etiam ad e laudem quibusdam ceu stimulis incitaveri Nec illud obscurum esse potest, ut sicut p stantissimi quique ingenii gloria cæteris insig ter antecelluere, ita divitiis ferè omnibus f runt inferiores. Quas ideo, opinor, non su mopere affectarunt, quòd vera bona non ess & simul cum hominum vita interirent. Vi certè ac ingenium præstans etiam apud poste laudis memoriam merentur. *Ad.* Vetustiss sunt quæ narras, nec vera esse puto omn aut si turpe videatur historiis falsi opinion appendere, fuit tamen illa ætas rudis adh & ad res congerendas segnior, ignara quæ qui illis nunc multo uberrimus est, quos ce in meo ludo gnaviter edoctos. Nec arbi Homero pecuniæ usum fuisse, qui carmin

non majoris vendiderit, quàm vel Bliteus ille aut Tuſorius majorem ſibi rem faciant ex ſua farragine: niſi ille poëta forſan in fatis habuerit, ut eſſet miſer. *P.* Putáſne hodie viros doctiſſimos exiſtere, qui inter gravem inopiam quam ſuſtinent, pulchre etiam divites ſibi videntur? *A.* Non quod ſciam In Gallia ſiquidem nemo doctus eſt, niſi idem opulentiſſimus. *Pa.* Dixti veriſſimum, etiam ſi aliud ſignificare volueris. Galli non ex animi dote aut probite, ſed corporis cultu vehementer ſplendido, & magnis opibus hominem æſtimant. Apud illos majoris fiunt homine piſtrino & corvis digni, ſi modo divitiis præpolleant; quàm literati viri ac probi, qui parum habeant. Alioquin nihil cauſæ eſt, quur illi, qui utriuſque linguæ profeſſione de ſtudioſa juventute egregiè meriti ſunt,. publico ſtipendio fallantur. Scio juvenem magnæ ſpei, nec diu adoleſcentiæ ultimas metas egreſſum, & qui eruditionis haud dubium ſpecimen dederit, parvam hactenus gratiam ab illis retuliſſe, in quorum benevolentiam Galeni Medici libros aliquot vertit, non minore fide, quam ſtudio optimo. Itali hoc nomine ſunt laudatiſſimi, apud quos nemo eſt vel mediocriter doctus, qui non patronum aliquem nanciſcatur, cujus beneficio ſua ſtudia alat. Sunt hodie in Germania præclara ingenia, quæ utinam ad gloriam foveantur illorum præſidio, qui Reip. gubernatores haberi quam eſſe malunt: Reperias ibi Chriſtianos homines, qui Evan-

gelii amore res ſuas alioqui amplas ac ſplendiſdas in pauperum uſus erogant, ipſi ſua voluntate aſcitam ferunt miſeriam, ut in hoc mundo pauperes apud Chriſtum omnis boni authorem diteſcant. *Ad.* Verba tua huc ſpectant ut omnes homines ſtatim fiant mendici. *P.* Erras tu, quum ita accipias. Hæc eò dixi ut intelligas magni boni ſæpe me eſſe cauſam Præterea juventus condiſcat aliorum exempl Paupertatem me ferre, nec animum propte ullam neceſſitatem à rectis ſtudiis abjicere. *Ad.* Præſtat alia via opes quærere, quæ voluptat afferunt, quam longa miſeria inanem eruditionis titulum venari. *Pa.* Canis tuam cantilenam Sed ad innocentiam deveniam. Si illi diviti nec ambiverunt, & ſummam laudem in ſumm virtute poſitam rectè putarunt, num igit fieri potuit, ut innocentiæ temeritate vacaren *Ad.* Paupertas non ſinit innocentem vitam tr ducere. *Pa* Tibi hoc ſic videtur, cujus inte tio omnis ad explendam corporis voluptat feſtinat. At illis veræ gloriæ, non volupta ſcopus fuit: argumento etiam ſunt, quæ li rarum memoria poſteris relicta tradunt

Menenius Agrippa conſul Ro. pauper.

Menenius ille Agrippa con Ro. Sabinorum triumpho in gnis, unus omniū ſapientiſſim quòd civile diſſidium, venen & peſtem opulentarum urbium, citra ſang nem ac mirifico commento in concordiam m tavit. Perſuaſit enim eandem officii neceſſit

dine

dinem Po. Ro. cum patribus esse, quam haberent corporis membra omnia cum ventriculo, in quo cibus primum in succum coqueretur, qui postea totum corpus sit nutriturus. Et vicit certè populum census alioquin, patrúmque injuria exacerbatum, & qui à patribus jam discesserat. Non tamen obstabat egregiæ triumphi gloriæ paupertas: quæ tanta illi incubuit, ut publico impendio sepulturæ honos consuli prudentissimo corrogaretur. Lucius Valerius Publicola quartum consul Ro. insignem victoriam retulit ex Sabinis & Veientibus: mortuus adeò pauper, ut collatis à populo nummis, funebrem sumptum habuerit. Marcus Curius divitias etiam sprevisse dicitur, ne vel paupertatis insolentia indecorum sibi, Populóque Ro. moliretur. Nam quum Samnites iterum victi, acceptique in pacis conditionem, legatos suos ad consulem Ro. ingenti pecunia oneratos legarent, ac ille fortè sylvestres rapas coqueret, respondit: Pulchrius sibi factum videri, si ex vasis fictilibus rapas edat, quam non imperitare auri frugúmque divitibus. Vides igitur quàm immerito me accuses, quámve extremè errant, qui pauperes infelices vocare audent. *A.* Túne id inficiaberis? *Pa.* Imò maximé. Nam meo quidem animo, nemo pauper est, qui sua sorte contentus vivit: quemadmodum nemo dives, qui se credit egentem

Lucius Valerius Publicola consul Ro. pauper.

Marcus Curius consul Ro. pauper.

gentem. Et si exempla hic conferre libeat, feliciores nimirum offendes pauperes divitibus. Id quod apertius tibi constabit, si ad ea mihi animum intendas, quæ de Gyge narrantur. Is namque rex Lydiæ ditissimus, Apollinem Delphicum consuluit, an se alius quispiam foret felicior. Huic divinum oraculum prætulit Aglaum hominem rusticum & pauperem. Quam mihi nunc felicitatem statuis in divitiis? quas ideo mirari, quòd scilicet voluptatis satellites sint pernitiosissimi: cujus gratia stupidissimo cuilibet cum maxima turpitudine assentari malis, quàm honeste vivere pauper. *A.* Quid miserrima his verbis mihi obstrepis? adeóne mente captam aut insanam me æstimas, ut vel beatissimis rationibus adducta tibi meme dedere velim? Non, si deam te mentiaris, vel auri montes promittas. Alia nunc tempora, alii nunc mores. Si te nulla hominum indignatio, qua apud omnes gravissimè laboras, commovere possit, si Apollo ipse mentem tibi meliorem dare non queat, ut aliquando resipias, saltem te pudeat harum sordium: En pro toga splendida, sagula tibi lacera est: pro auro & argento, pediculi, pulices: pro domo, casa vento frigorique patens. Rursum vide qui color mihi, vestitus, ornatus, elegantia corporis. Apud reges mihi paratur cœna, mihi patent fores. Tibi in stabulo cum jumentis furfures vix esse licebit,

Gyges rex Lydiæ.

Aglaus rusticus & pauper, Lydiæ rege beatior.

nihil aliud emendicando extorquere famelica queas. Meam consuetudinem expetunt: conviviis, balneísque excipiunt aulici homines. Te nemo vel stabularius in primo vestibulo consistere patitur: neque id injuria. Quis enim mortalium paupertatem, rem contemptissimam lubenter pati possit aut debeat? *Pa.* Enumeravi tibi viros & eruditione & probitate præstantissimos, quibus amicè mecum conveniebat. Te nemo amat, aut observat, qui se nolit apertè derideri, & fortuna omni spoliari lacerarique à cane pessimo. Quid quæso adulatio aliud est, quam canis impudens, qui omnibus adulatur, qui subinde dominum propter panis partem exiguam commutat? Non itaque mirum est, ab aulicis te ali, quos tu ex stultis insanos facis. Quòd si sana ratione ducerentur, nolint in sinu colubrum fovere. *Ad.* Non satis assequor quid velis. *Pa.* Nempe ergo apertè vis, quæ restant, me loqui? *Ad.* Si vera dices. *Pa.* Quando illæ insidiæ hominibus exitiosissimæ sunt, quæ prius nocent, quàm præcaveri possint, aut lateant in simulatione officii, quid te una detestabilius, aut iniquius excogitari possit, quæ neminem laudes, aut palpanti consecteris lingua, quem non sicut Gnato ille Terentianus, comedendum & deridendum omnibus propines? Præterea quum

Aſſentatio, res indigniſſima homine. Aſſentatione in vita civili nihil perniitioſius.

Aſſentatio amicitiæ peſtis.

Ariſtippus philoſophus regius canis à Diogene vocatus.

Diogenis ſententia.

aſſentatio quædam ceu vitiorum fomes liberali homine non ſolum indigniſſima eſt, ſed quam cane pejus & angue odiſſe oportet, quid in vita civili pernitioſius quæ in amicitia alia peſtis major. Impegit huic vitio Ariſtippus philoſophus, qui voluptatis cupidine illectus, Dionyſio Tyranno adulatur: quare à Diogene *regius canis* dictus eſt. Ab eodem illud dictum ferunt, quum interrogaretur, quæ beſtiarum pernitioſiſſima foret, reſpondit, Ex feris, obtrectator: ex mitioribus, adulator. Et ſanè, qui ſe fallaci aſtutia circunduci non velit, eum cavere oportet, ne aures palpanti aſſentationi patefaciat. *Ad.* Ha, ha, he, intelligo miſerrima Paupertas, quid te urgeat. Felicitatem illam mihi invides, quam tu aſſequi non potes. *Pa.* Ego mihi illam expetam? mori me honeſtius eſt. *Ad.* Quid ergo te movet, ut falſis criminibus me irrites, quum ſic ego artem meam tractem, ut mihi vehementer proſim, obſim nemini, quod tu perpetuò ſoles? *Pa.* Nemini tu noces? an quicquam tam ſanctum ſit & incorruptum, quod non tuis animi vitiis contamines, ſi tibi auſcultet? Nec adhuc intelligis quæ vera à me tibi ſunt objecta? *Ad.* Quæ mihi contentioſa exprobras, ea non tam ex juſta criminatione, quàm maligno

animo

nimo profecta certò scio. *Pa.* Quando mihi parvam fidem habes, aut arguis malignitatis, num ideo historicæ literæ apud te mentiuntur? *Ad.* Dicis solū ea quæ contra me faciunt. *Pa.* Describo te ex tuo ingenio & moribus. *Ad.* Sinistrè illa universa in me torques. *Pa.* Sinistrè? Ad ea mihi, si potis es, respondeas rogo. Cum Ro. Impe. Commodus unus omnium ante se Imperatorum nobilissimus, parentis regno successisset, atque amicorum consilio haud dubiam spem paternæ virtutis de se cunctis polliceretur, nònne statim ex aulico famulitio irrepserunt adulatores, qui principis indolem infeliciter corruperunt, eóque adegerunt insaniæ, ut omnem vitam fœdissimis studiis contaminaret: donec iniquius jam in se & remp. consulens, in cubiculo strangulatus periit? Sed ea adulationis labes ad pejus facinus dein serpsit ac progressa est. Nam Severo Imperatore mortuo, hujus filios Antoninum & Getam lætis acclamationibus Imperatores decernit populus Ro. sed in ipso adhuc ætatis fervore adulatorum ministeria tanto utrumque alteri odio incensum dedere, ut neque patris amor, neque matris lachrymæ illud postea restinguere valuerunt. Et breve deinde ad tempus, Anto-

Commodus Ro. Imp. ab assentatoribus eversus.

Adulatorum studia.

ninus imperii cupidine victu, fratrem suum Getam, regni consortem rupto cubiculo, super matris pectus sanguine undantem mucrone trajecit. Factum eadem adulatorum opera est, ut pater Severus, mœrore, quem ex filiorum dissidio contraxerat, consumptus perierit: Antoninus ipse inter naturæ requisita simili clade obtruncatus, Imperii sui finem acceperit inauspicatissimum: mater filiorum calamitate perculsa, mortem sua sibi manu consciverit. Ad eundem ferè modum Bassianum Imp: qui Antoninus postea dictus, assentatores everterunt. Sed hæc mihi præter opinionem dicta sunt, cum tua pernities cognita, etiam me tacente, historiarum exemplis coarguatur. Quamobrem Tyberius Cæsar & sibi, & suæ reip. prudentissimè consuluisse mihi videtur, qui adulatores perosus, neminem vel officii vel honoris gratia ad lecticam suam accedere passus est. Idem si nostra tempestate facerent Imperatores, cerneremus, profligata illa adulationis peste, bonorum virtutem magis ac magis efferri, quæ nunc sceleratorum violentia jacet oppressa. *Ad.* Frustra apud me hanc operam con-

Antoninus per adulatores corruptus, fratrem Getam obtruncat.

Antoninus obtruncatus. Mater Ant. & Getæ sua sibi manu mortem conscivit.

Bassianus Ro. Imp. ab adulatoribus seductus.

Tyberius Cæsar adulationis impatientissimus.

Adulatorum scopus.

consumis Paupertas: animus mihi in deliciis aulicis est, eásque consectabor. nec invideo ut tu nil nisi Paupertas perpetua maneas. Jam adeo intus me recipio: Nam olfacio nescio quid lautioris edulii Tu interim huc consiste, dum aut advoceris, aut aliquis Deus tua malé consulta respiciat Sin longum hoc tibi fuerit, est ubi procumbas, scilicet in pecorum casa, quando ego plumis involvor Sed heus tu, panem jam triduo situ obductum per servulum ad te mittam, ne inediâ confecta, breviorem miseriam sustineas. *Ta.* Vide ne aliquando ád me vel invita profugias Quoniam omnis voluptas mala infelicem exitum sortitur.

FINIS.